

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CXXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

domino uille omnem seruitutem de agro sibi dato que deberet inpendi sibi ab agris prenomatis nobis adscriptis, ut eos possideamus in perpetuum libera facultate. vt autem hec commutatio sine qualibet calumpnia stabilis permaneat, sigillo vniuersitatis in *Etheningin* cum testibus subscriptis eam à sepe dicto Steimaro nobis petiuimus roborari. Sunt uero testes in *Etheningin* Otto sacerdos, Gotefridus Scultetus iurati, Ludewicus, iuuenis Volkmarus Hartungus, Gozzo senex. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. Quinquagesimo Sexto.

||
(L. S.)

CXXXI.

COMPOSITIO PER ARBITROS INTER ABBATIAM
TENNEBACENSEM ET ADVOCATOS VICI
WEISSWEIL.

A N N O M C C L V I.

Ex Archivo Tennebacensi.

Notum sit omnibus presens scriptum intuentibus, tam presentibus quam futuris, quod *W. nobilis de Gerolsegge* in remedium anime sue suorumque contulit monasterio in *Tennibach* Curiam dictam *Harderen* sitam in banno *Wiscewil* cum omnibus suis appendicijs & omni jure libere possidendam. insuper dictum monasterium quedam bona sita in eodem banno, ab advocatis ejusdem Ville de *Wiscewil*, videlicet *Domi-*
Cod. Dipl. F f

no Herrmanno & Domino Johanne militibus proprietatis nomine tam emptione quam Cambio conquifivit: iidem vero advocati licet minus juſte, dicto monaſterio communes ſylvas & paſcua eidem banno communia prohibebant. ipſum autem monaſterium ſentiens indebitè ſe gravari, Concivium fuorum in Friburc *R. nobilis de Vſenberc* & aliorum amicorum fuorum invocavit conſilium & juvamen, qui præfixerunt predictis advocatis diem colloquii in *Endingen* ſuper compositione amicabili de predictis, ubi præfati milites & Dominus *R. Abbas* prelibati monaſterii comparentes præſentibus Domino *R. nobili de Vſenberch*, Domino *H. Marchione de Hahperch*, nec non civibus de *Friburc* ac pluribus aliis militibus & villanis, auditis hinc inde propoſitis, Compromiſerunt in arbitros ex parte monaſterij in duos, ſcilicet Dominum *W. Scultetum* de *Endingen* & Dominum *P. militem* dictum de *Stoufen* & ex parte militum in duos. - - - advocatum de *Limperg*, in Dominum *R. militem* dictum *Ruirthiſtoc*. Dominus autem de *Vſenberch* de conſenſu utriusque partis fuerat mediator. qui taliter arbitrantes ſtatuerunt, quod bona præfati monaſterij cum omnibus pecoribus contentis tantum in predicta Curia in *Harden* uti deberent communibus ſylvis & paſcuis, ſicut & cæteri attinentes Banno ſuperius memorato, ut igitur - - - Acta ſunt hec anno Domini *M. CC. LVI. iiij. Non. Octob.* in cimiterio *S. Petri* in *Endingen* præſentibus & aliis quam pluribus fide dignis.
